



**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Vltimarvm Volvntatvm, Svccessionvm, & Legitimationum materias
distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm CXXVI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96520](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96520)

ruti fuerunt sub p̄dōne, si Nicolaus quācunque de-
 cesserit sine filijs, ecclesia uero non solum illa
 p̄dōne, sed et sub plurib. alijs, de quib. in testō patris
 ipsius testatoris, q̄ nondū fuerit adimpleta, nec eue-
 nerunt, ergo interim illi de Cossā et ad terrenū dāt
 uocati tanq̄ vniuersaliter substituti per ea, q̄ addu-
 xit dominus iudex. Sed huic considerationi faci-
 lis est rāsio iudicio meo, in primis negando, q̄ in ca-
 su nostro possit dici substitutio directa pupillaris p̄
 p̄dicta. Secundo positō, sed non cōcesso, q̄ dici pos-
 sit pupillaris, rādeo, quod substitutio de ecclesia in
 testō Mathei non dī facta sub p̄dōnibus, de quibus
 in testō Baptistæ, ut ex uerbis testamenti apertē col-
 ligitur, sed solum sub illis conditionib. quib. fuerit
 substituti illi de Cossā in testō Mathei. Nec obstant
 illa uerba, de quib. in testō, & modo, & forma latius
 p̄tentis in testō, aditio per olim Baptistam & c. q̄
 illa uerba sunt referenda prout referuntur, ad onus,
 & grauaem inuinctū ecclesiæ, seu eius rectori, di-
 cendi vnam missam singulo die in dicta ecclesia, &
 modo, & forma latius contentis in dicto testō Ba-
 ptistæ, & prout uoluit Baptista in suo testō, nō autē
 illa uerba, & modo, & forma, & c. quib. iniungitur
 modus, & forma, sunt referenda ad relicta, seu sub-
 stituti onem factā de dicto terreno ipsi ecclesiæ: q̄
 modus, forma, & p̄dōnes, de quib. in testō Baptistæ,
 sub quib. ipse reliquerat terrenum p̄dictū eccle-
 siæ, amplius esse non possunt in consideratione, cū
 oēs iam defecerint, & amplius adimpleri nequeat,
 ex quo oēs filij Baptistæ hæredes instituti nō decef-
 serunt sine filijs, sed cum filijs, v3 cū Nicolao. Itē
 filia femina dīcti Baptistæ non oēs decefferunt si-
 ne filijs, prout hos omnes casus considerauit, & cō-
 siderari uoluit testator Baptista ad hoc, ut ecclesia
 deberet, & posset consequi dictum terrenū, & ideo
 illa uerba posita postea in testō Mathei, & modo, &
 forma, & c. nō possunt referri ad p̄dōnes, sub quib.
 uoluit terrenum debere peruenire ad ecclesiā, sed
 solum ad onus, & grauaem celebrādi missam singu-
 lis dieb. ut hi modi, & forma, quos uoluit Baptista
 seruandos in celebrando missam in suo testō, ser-
 uandi sint in celebrando missam inuinctā per Ma-
 theum in suo testō, ut clarissimē constat ex uerbis
 testamenti ipsius, cui interpretationi, & declaratio-
 ni standum est, nam q̄ in uerbis nulla est ambigui-
 tas, non debet admitti uoluntatis quæstio. I. ille aut
 ille ff. de leg. 3. in si. ista. n. sunt uerba testamenti post
 factū relicta, seu substitutionē de terreno ipsi ec-
 clesiæ cum grauaem celebrandi unā missam singu-
 lis dieb. in ipsa ecclesia, & modo, & forma latius
 p̄tentis in testō p̄dōto per Baptistā & c. † Hæc. n. uer-
 ba, & modo & forma vltimo loco posita sunt refe-
 renda ad proxima tm̄, quia ad alia supra nō possunt
 referri per ea, q̄ dicta sunt, iuxta q̄ h̄r p̄ Bar. & alios
 in l. talis scriptura in si. ff. de leg. 1. & per Abb. in c. ec-
 clesia de electio. in not. 6. & in c. secundo requiris.
 de appella. glo. in clem. ne in agro. §. ceterum de sta-
 tu regul. & hoc suadet ex illis uerbis, modo, & for-
 ma & c. expressis, & positis mediāte copula, & q̄ uenit
 continuatiuē cōiungēdo solū proxima, ex quo
 ponit inter plures orationes, ut in l. vlt. ff. de p̄cur. l.
 2. ff. ad l. aquil. cum siml. Præterea † cum legatū, seu
 relicta, aut substitutio terreni habeat suas specia-
 les condiciones, & clausulas de per se, ut in testō ap-
 paret, sequitur, q̄ illa clausula & modo & forma in
 sine posita debet restringi ad proxima, quib. cōiun-
 gitur, & copularur, & nō ad alia superiora, q̄ habēt
 suas qualitates, seu condiciones speciales, quia clau-
 sula in sine, uel in alia parte simpliciter posita nunq̄
 refertur ad illa, q̄ suas clausulas, & qualitates, siue

determinationes separatas habent. I. si quis legata,
 ff. de cond. & demon. & ita per illū tex. inquit Abb.
 in d. c. secundo requiris. Reliqua in præsentī causā,
 & super dubitationibus traditis suppleat perspicua-
 citas excellētis. ac claris. D. Auditoris. Laus Deo.

S V M M A R I V M.

- 1 Substitutio facta per uerbū commune peruenire in casu, quo filius institutus decederet sine filijs, dicitur compendiosa.
- 2 Et filio in pupillari ætate decedente, matrem; in medio existente, an habeat effectum pupillaris, an uerō fideicommissaria sit.
- 3 Et quid, statuto excludente matrem à successione filij intestati propter patruos, aut alios agnatos, qui extarent.
- 4 Testatoris mens in dubio interpretanda, ut conueniat dispositiōi iuris imperitiis.
- 5 Trebellianica imputantur fructus percepti.
- 6 Vxor relicta usufructuaria cū filia pleno iure in finitua, cui decederet sine filijs, datus fuit substitutus, filia decedente sine filijs, habet totum usufructū, & h̄res filie tunc solam legitimā, finito autem usufructu trebellianicā habent.
- 7 Legitima sine dilatione, & onere et usufructus filio debetur.
- 8 Trebellianica est pars, seu quota hereditatis, & ex uniuersitate hereditatis detrahatur.
- 9 De usufructu omnium bonorū deducuntur usus, & alimenta.
- 10 Cautio non potest usufructuario à testatore remitti.

E P I T O M E.

Testatore instituyente sibi hæredem pleno iure filiam suam, & vxorē quoad vsumfructū, & filia decedente sine filijs, uolente bona sua ad quādam neptes ex sorore peruenire, mortua filia in pupillari ætate, superstitib. matre, neptib. substitutis, & fratribus testatoris filia defunctæ patris, de quib. nulla in testō mērio facta fuit, & statuto loci excludente matrem, & neptes à successione intestata dictæ filie p̄ paruos: q̄ substitutio in hoc casu ualuerit, ut fideicommissaria, & patruū ut hæres succedant dictæ filie, ac sint grauati restituere hereditatē neptib. substitutis, retenta legitima, & Trebellianica, uidelicet legitima statim absq̄ onere usufructus vxori relicti, & Trebellianica finito usufructu, hic demonstratur.

C O N S I L I V M C X X V I.

N causa cuiusdam substitutionis factæ in testō ser Iustiniani, qui sibi hæredē pleno iure Benedictam eius filia, & Nobilem vxorē suam quoad vsumfructum instituit: & casu, quo Benedicta filia sine filijs legitimis, & naturalib. decederet, tunc, & eo casu uoluit bona sua peruenire ad Constantiam, Ceciliā, & Trephiram sorores neptes sorore d. testatoris, quas inuicem substituit omni meliori modo & c. Vñ facti specie, in qua p̄supponitur Benedicta post mortē patris suis in pupillari ætate, superstitib. dictis substitutis, & fratrib. quibusdam testatoris, ac ipsius matre, decessisse, & diligēter consideratis uerbis substitutionis, † quæ sim vltiorē sententiā compendiosa esse censetur, & facta per uerbū peruenire, quod est cōe, ut per Bar. in l. Centurio. ff. de uulg. & pup. dubium est, an † hæc substitutio effectum habeat pupillaris substitutionis, an uerō fideicommissariæ: Et in casu, quo filia instituta in pupillari ætate decessit maximē matre in medio existente: & quib. hic articulus sit ualde dubius, & in eo tam antiqui, q̄ moderni utriusq̄ iuris sententiæ uariauerint, adeo q̄ dici posset, quorū capitā, tot sententiā, tm̄ in casu proposito requisitus de sola ueritate sententiā meam dicam: & cum tres ad bona hereditatis concurrant, v3 neptes substitutas, quæ dicunt, se ex pupillari admittendas fore, matre quæ pupillari

deducenda, tanq̄ de genere, arg. §. i. Instit. de usu, & hab. & l. sed si de. §. idem. ff. cod. tit. An aut̄ non obstantibus in testō dispositis do. Nobilis teneat cautionem præstare, concludo, q̄ sic, ne detur materia rebus abutendi, & sic relinquendi, & quia est de essentia usufructus, ¶ q̄ testator remittere non pot̄ l. i. C. de usufru. & ibi cõiter scriben. Alex. in cons. §. 8. uol. 3. Imol. Abb. & alij in c. si. de pigno. & Paul. Cast. in l. cum tale. §. i. ff. de cond. & demon. Laus Deo.

SYMMARIUM.

- 1 Voluntas testatoris dubia probat̄ p̄ duos, uel tres testes testamentarios, secus si probatio ad inductionem noue uoluntatis fieret.
- 2 Testes duo, aut tres satis probant inductionem noue uoluntatis in dispositionibus ad pias causas factis.
- 3 Substitutio facta per uerbum diuidere, & peruenire in casu, quo quis non uiueret, est facta in casu mortis, & est compendiosa, quæ fideicommissaria effectum habet.
- 4 Et facta filiis intelligitur facta sub conditione, si deceaserint sine filiis, etiam non expresso casu mortis.
- 5 Substitutio facta filio impuberi hoc modo, quandoque deceaserit, substituo uulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, te filio in pupillari ætate, ualeat ut pupillaris expressa, et substitutus admittitur ad omnia bona pupilli, exclusa matre etiam uel per se legitima, & trebellianica.
- 6 Substitutus compendiose filio impuberi cum clausula uulgariter, pupillariter, & per fideicommissum in dubio ex pupillari substitutione censetur uoluisse admitti.
- 7 Substitutio compendiosa facta etiam per uerbum cõe filio impuberi cum expressa demonstratione filij in pupillari ætate ualeat, ut pupillaris, postea autem ut fideicommissaria.
- 8 Trebellianica contra ecclesiam substitutam non detrahatur.
- 9 Legitima filiabus exclusis à successione p̄ masculos nõ debetur.
- 10 Substitutio compendiosa facta filio impuberi per uerba directa, uel per directa, & communia simul, in pupillari ætate ualeat, ut pupillaris expressa, neque tunc legitima, aut Trebellianica detractioni locus est.

EPITOME.

Substitutio si facta sit filio impuberi instituto de filiabus similiter impuberibus per hæc uerba uulgariter pupillariter, & per fideicommissum, si superuixerint, uel una earum superuixerit, & postea dictu sit, & si filia, uel una earum non uixerint, seu uixerit, & adueniente casu, q̄ institutus moreret quicumque sine filiis, tunc hæreditas diuidatur amore Dei, & vadat, ac perueniat ad quascunq̄ ecclesias, hæc substitutio dicitur compendiosa, & mortuis primo filio, & postea filiabus omnibus in pupillari ætate, ualeat, ut pupillaris expressa: & mater hoc in casu in medio existens non potest ex persona filij, aut filiarum legitimam, neque trebellianicam detrahere.

CASVS CONSILII.

Andreas in testamento sibi in effectu hæredem uniuersalem instituit Franciscum eius filium legitimum, & naturalem, & D. Velinam eius uxorem in uita sua tñ, & seruando uitam udualem, & honestam: cui Franciscus eius filio substituit per hæc uerba, & si dictus Franciscus moreretur quicumque sine filiis legitimis, & naturalibus uoluit, q̄ domus sua peruenire deberet Gaspari nepoti suo ex fratre cum quibusdam modis, & dõnib. de quibus in testō h̄, nec non eidem substituit pupillariter, & per fideicommissum Prudentiam, Franciscam, & Corneliam, si superuixerint, uel unam earum, si superuixerit, aquis portionibus nõ aliter illas demonstrando, an essent filia testatoris, seu sorores dicti Francisci subiungendo hæc uerba, & si d. Francisca, Prudentia, & Cornelia, uel una earum non uixerint, seu uixe-

rit, & adueniente dicto casu, q̄ dictus Franciscus moreretur quicumque sine filiis legitimis, & naturalibus, uoluit, q̄ sua hæreditas diuidatur amore Dei, hoc modo uel, q̄ medietas diuidatur amore Dei, & perueniat ad ecclesiam sancti Augustini, & alia medietas uadat, & perueniat ad ecclesiam sancti Hieronimi. ¶ Stan te huiusmodi dispositione testamenti, decessit dictus Andreas testator, superstitibus Francisco filio, & dictis Prudentia, Francisca, & Cornelia omnibus impuberibus, postea in pupillari ætate decesserunt Francisca, & Prudentia, deinde decessit Franciscus impubes, & ultimo loco sinititer in pupillari ætate decessit Cornelia, superstitre eius matre D. Velina, quæ post obitum Francisci, & ante mortem Cornelie transfuerat ad secunda uota. His stantibus, de duob. dubitatur, primum, est an prædicta monasteria, & conuentus ad bona, & hæreditatē d. Andree testatoris admitti possint ex substitutione illa, & si d. Francisca, Prudentia, & Cornelia &c. Secundum est, p̄supposito, q̄ possint admitti, an D. Velina mater Francisci, & Cornelia possint detrahere legitimam debitam iure naturæ ex persona Francisci, seu Cornelie, nec non Trebellianicam, quæ solet detrahi, quando cumq̄ filius, uel alius grauatus fuit per fideicommissum, seu per substitutionem compendiosam, ut supra, illi factam.

CONSILIVM CXXVII.

In præsentī causa, ordine solito à me in consulendo obseruari omisso, pro aliquo dubiorum in themate propositōri informatione paucis agā: & quoad primum concludendū esse arbitror, q̄ post obitū Cornelie ultimo loco defunctæ prædicta monasteria ex substitutione ultimo loco facta admitti debeant ad bona hæreditatis dicti testatoris, Primo quia de mente, & uoluntate testatoris, fuit, q̄ Franciscus eius filius esset hæres uniuersalis, & si contingeret ipsum mori sine filiis, q̄ filia foemina, uel, q̄ Francisca, Prudentia, & Cornelia essent substitutæ uulgariter, pupillariter, & per fideicommissum equaliter in bonis, & hæreditate sui patris, & si dictæ filie decederent similiter sine filiis, q̄ bona hæreditatis deberent distribui amore Dei inter ecclesiam sancti Augustini, & ecclesiam sancti Hieronimi æquis portionibus, prout in testō legitur, & hæc uoluntas, mensq̄ testatoris probatur, & probari pot̄ ex tribus testimoniis testamentariis superstitibus, qui de ea expressè parati sunt deponere, & ¶ ubi cumq̄ ambigitur, & dubitatur de uoluntate testatoris, q̄ fortè ex uerbis testamenti dubijs nõ possit bene colligi, tunc uoluntas ad illius declarationem probatur per duos, uel tres testamentarios, qui testō interfuerunt, secus, si fieret probatio ad inductionem noue uoluntatis, & non ad declarationem: nam tunc requirerentur septem testes, ut uoluit Bar. in l. 2. in §. q. prin. in uer. quero ergo, & reuoco ff. de uulg. & pup. per tex. cum ibi not. in l. hæredes palam in §. & si notan. ff. de testamen. & ibi Dyn. ¶ Preterea ¶ et ad probandum inductionem noue uoluntatis in relictis, & dispositionibus factis pietatis cã, & amore Dei, qualis est dispositio, de qua queritur in casu nostro, sufficiunt duo, uel tres testes, ut in c. relatum il. extra. de testamen. & ibi omnes, & in l. 1. & ibi Bar. C. de sacrosanc. eccle. quæ p̄ siue dicatur fieri probatio ad declarationem uoluntatis, siue ad inductionem noue uoluntatis, siue per pietatis causam per duos, aut tres testes testamentarios poterit fieri, & probari uoluntas testatoris in casu nostro, & illorum probationi standū erit, & si uerba testamenti essent dubia, & ambigua, ut supra.

¶ Ruris